



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano**

**Erasmus, Desiderius**

**Lypsi, 1516**

**VD16 E 2746**

Canon Quartus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33324**

Confutatio ar-  
gumētōꝝ mū-  
di cōtra pic vi-  
uētes,

tauerit: Offendunt amici, qđ tum ē inuenies iucūdiōres. Ca-  
rebis voluptatibus, sed frueris internis, quæ sunt vel suauio-  
res, vel synceriores, vel certiores. Minuenda res ē: at crescunt  
opes illæ, quas neq; tineæ demoliunt, neq; tollunt fures. De-  
places paucioribus, sed melioribus. Macrescit corpus, sed sa-  
gina animus. Marcescit nitor cutis, sed enitescit decus animi.  
At si per cetera eodem modo cucurreris, intelliges nihil vel  
falsi boni relinqui mundo, quod non longe prestantiore com-  
pendio cōpensef. Quod si quæ sunt, quæ quāq; non possunt  
viciose desiderari, sine vicio tamen possideri possunt, quod  
gen<sup>o</sup>, opinio popularis, fauor vulgi, gratia, autoritas, amici  
honus virtuti habitus, fere fit, vt primū querentibus regnum  
dei, vltro hæc omnia adijciant, id quod & promisit Christus,  
& deus præstitit Solomoni. Fortuna plarūq; sequit fugien-  
tes, fugit sequētes. Certe quicquid acciderit diligentibus, nihil  
non esse prosperum potest, quibus dispendia in cōpendium,  
flagella in solacium, opprobria in gloriā, cruciatus in volup-  
tatem, tristitia in dulcia, mala vertuntur in bona. Hancigit viā  
dubitas capessere, & illam relinquere, quū tam iniqua sit col-  
latio, imo tam nulla, dei ad diabolum, spei ad spem, præmij ad  
præmium, laboris ad laborem, solatiij ad solatium?

¶ Canon Quartus.

Christus  
Scopus noster

Sed vt certiore cursu queas ad fœlicitatem contendere, hæc  
tibi quarta sit regula, vt totius vitæ tuæ Christum velut vnū  
cum scopum præfigas, ad quem vnum omnia studia, omnes  
conatus, omne ocium ac negocium conferas, Christum vero  
esse puta, non vocem inanem, sed nihil aliud, q̄ charitatem,  
simplicitatem, patientiam, puritatem, breuiter quicquid ille  
docuit. Diabolum nihil aliud intellige, q̄ quicquid ab illis  
auocat. Ad Christum tendit, qui ad solam virtutem fertur.  
Diabolo se mancipat, qui seruit vicij. Simplex ergo sit ocu-  
lus tuus & totum corpus tuum lucidum erit. Ad solum  
Christum, tanq; ad vnicum & summum bonum spectes,  
vt nihil ames, nihil mireris, nihil expetas, nisi aut Christum

Mathei  
6.

Mathei  
6.

Ro. 8.

Mathei  
6.



aut pp̄ Christū. Nihil oderis, nihil horreas, nihil fugias, p̄ter  
 vnā turpitudinē, aut propter turpitudinē. Ita fiet, vt quicquid  
 egeris, siue dormias, siue vigilas, siue edas aut bibas, ipsi deniq;  
 lusus tui, & ocia, dicam audacius, imo & vicia quædā leniora,  
 in quæ nō nūq̄ ad virtutē p̄perātes incidimus, omnia tibi ce-  
 Math. 6 dant in cumulum præmij. Quod si nequā erit oculus tuus, &  
 alio q̄ ad Christū spectaris, etiā si quæ recta feceris, infruges  
 ra fuerint, aut etiā p̄niciosa, viciū em̄ est, rem bonam non bene  
 agere. Tum ad summi boni metā recta festināti, quæcunq;  
 obiter occurrunt, eatenus sunt / aut reiicienda, aut assumenda,  
 quatenus cursum tuū, aut adiuuāt / aut impediūt. Earum rerū  
 ferme triplex est ordo. Quædā em̄ ita sunt turpia, vt honesta  
 esse nō possint, vt vlcisci iniuriā, male velle hōini. Hæc semp̄  
 aspernanda, quātouis etiā emolumento p̄posito, aut cruciatu.  
 Nihil em̄ est, quod bonū virū queat ledere præter vnā turpis  
 tudinem. Quædā e regiōe ita sunt honesta, vt turpia esse non  
 possint. Quod genus sunt, bene velle oibus, iuuare honestis  
 rōnib⁹ amicos, odisse vicia, gaudere p̄ijs sermonib⁹. Quædā  
 vero mediā veluti, valitudo, forma, vires, faciētia, eruditio, &  
 his similia. Ex hoc igit̄ postremo genere rerum, nihil p̄pter se  
 expetendū, neq; magis minusue adhibendæ sunt, nisi quaten⁹  
 cōducunt in summā metā. Sunt em̄ et philosophis quidā fines  
 imp̄fecti ac mediij / in quibus non oporteat cōsistere, quibusq;  
 cōueniat vt nō frui. Verū quæ mediā sunt, nō eodem modo  
 omnia / aut cōferūt / aut officiūt ad Christū eunub⁹. Proinde p  
 momēto quod habēt, sunt assumēda, aut repudiāda. Scientia  
 plus adfert adiumentū ad pietatē q̄ forma, aut vires corporis,  
 aut opes. Et quanq̄ omnis eruditio potest ad Christū referri,  
 alia tamē alia, pp̄iore viā cōducit. Ab hoc fine / mediōrū oīm  
 vtilitatē aut inutilitatē metire. Literas amas. Recte. Si propter  
 Christum. Sin ideo tantū amas, vt scias, ibi consistis, vnde gra-  
 dum facere oportebat. Quod si literas expetis, vt illis adiutus  
 Christum in arcanis literis latentem latius perspicias, p̄spectū  
 ames, cognitum atq; amatum cōmunices, aut fruaris, accin-  
 gere ad studia literarum. Verum non vltra q̄ ad bonā mentē

Rerum diffe-  
rētia triplex.

Scientia primū  
locū habet inter  
media.



**Gentiliū literę** arbitrare p̄futuras. Si tibi cōfidis, & ingēs in Christo lucrum  
**quaten⁹ legens** speras, perge tanq̄ audax mercator / longius etiā in gentiliū  
**da.** Iris peregrinari, atq; Aegyptias opes ad dñici tēpli honesta-

**Pecunia qualr**  
**viendum.**

**Crates aurū in**  
**mare proiecit.**

**Pandore p̄xis**

mentū cōvertere Sin metuis plus dispendij, q̄ speras cōpēdij,  
ad primā illam regulā redi: nosce teipsum: & tuo te modulo  
metire. Satius est minus s̄pere, & amare magis, q̄ magis s̄s-  
pere, nō amare. Ergo sciētia in medijs principatū obtinet, de  
inde sunt valitudo, dotes ingenij, faciētia, forma, vires, digni-  
tas, gr̄a, authoritas, p̄speritas, fama, genus, amici, res familiaris  
Horū vnūquodq; vt p̄ximo cursu ad virtutem cōducat, ita  
maxime erit adhibendū, sed si quidē currētib⁹ nobis offerant  
Sin minus, nō erit tamē horū gr̄a, a p̄posito cursu deflectēdū  
Obuenit pecunia, si nihil obstat ad bonā mentem, administra,  
para tibi amicos de mammona iniquitatis. Sin bonæ mentis  
times dispendiū, cōtemne damnosum lucrū, & vel Craten illū  
Thebanū imitare, molestā sarcinā in mare potius p̄cipita, q̄  
te retardet a Christo. Id erit tibi factū p̄liuius, si quēadmodū  
dixim⁹, assueris nihil mirari eorū quæ sunt extra te. i. quæ nō  
p̄tinēt ad hominem interiorē. Ita em̄ fiet, vt neq; insolescas, si  
hæc cōtingerint, neq; discuteris animo, si vel negata fuerint,  
vel erepta, quippe qui foelicitatē tuā vno Christo metir. Qd̄  
si citra tuū studiū cōtingūt, sollicitior esto, nō securior, id co-  
gitans, datā tibi diuinitus virtutis exercēda materiā, sed pericu-  
losam. Quod si suspectā habes fortunæ benignitatē, Promes-  
theum imitare, ne receperis dolosam p̄xidē, & expeditus ac  
nudus ad vnicū illud bonū cōtende. Qui vero pecuniam vt  
rem magnā ingēti sollicitudine expetūt, & in ea statuūt p̄s-  
cipuum vitæ p̄sidiū, qui se beatos putant ea incolumi, qui  
miseros clamitant, quum perijt, ij nimirum p̄ires deos sibi sin-  
xere. Aequali Christo pecuniā si ea te potest foelicem aut in-  
foelicem reddere. Quod dixi de pecuniā idem de honorib⁹,  
voluptatibus, valitudine, imo & de ipsa vitā corporis accipe.  
Tanto ardore ad vnum Christum scopum nostrum oportet  
eniti, vt horum nihil vacet magnopere curare, siue quum  
dantur, siue quum tolluntur. Tempus enim breue est / vt ait

1. ad cor  
xin. 7.



Apostolus. reliquum est: vt qui vtunt hoc mūdo, sint tāq; nō  
 videntes. Hanc mentem scio mūdo vt stultam & male sanam  
 ridet, verū per hanc vnā stulticiā placuit deo saluos facere cre  
 dentes. Et quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Ad  
 hanc itaq; regulā, quicquid & agis exiges. Exerces artē recte,  
 si sine fraude, verū quo spectas: Vt alas familiā. At quorsum  
 tibi familiā: Vt eam Christo lucrifacias. Bene curris. Ieiunas,  
 pium quidem opus, in speciem. Sed quo refers tuum ieiuniū:  
 Vt parcas penuriam aut vt religiosior habearis. Nequā est ocul<sup>9</sup>  
 tuus: At ieiunas, ne in morbū incurras, quorū morbū metuis.  
 Ne te priuet vsu voluptatū. Viciosus est oculus tuus. Sed va  
 lere vis, vt studio sufficias. Studiū vero, quo refers: Vt sacer  
 dotiū aliqd' tibi pares, Sacerdotiū quo animo ambis: Nempe  
 vt tibi viuas, nō Cristo. Aberrasti signo, qd' Christianū oportet  
 vbiq; præfixū habere. Sumis cibū, vt valeas corpore. Sed  
 ideo valere vis corpore, vt sanctis studijs, sanctis vigilijs suffi  
 cias. scopū attigisti. Curas aut valitudinē, ne fias deformior,  
 ne libidini nō sufficias: a Christo excidisti, aliū deū tibi faciens.  
 Sunt: qui certos diuos certis quibusdā colūt cerimonijs. Ali<sup>9</sup>  
 Christophorū singulis salutat dieb<sup>9</sup>, sed non nisi cōspecta eius  
 imagine. Quo tandē spectans: Nēpe huc, q' sibi psuaserit sese  
 illo die a mala morte tutū fore. Alius Rochiū quendā adorat,  
 sed quorū: Quod illū credat pestē a corpore depellere. Alius  
 Barbarā, aut Georgio certas p̄culas admurmurat, ne ī man<sup>9</sup>  
 hostiū veniat. Hic ieiūat Appolloniā, ne doleāt dētes. Ille visis  
 diui Iob simulachra, vt scabiē careat. Nōnulli de lucro certam  
 portionē pauperib<sup>9</sup> nūcupāt, ne merces naufragio intercidiāt  
 Hieroni cereolus accēdit, vt res quæ periit recipiat. In sūma  
 adhūc modū, quot res sunt, quas vel timem<sup>9</sup> vel cupim<sup>9</sup>, tot  
 idē ijs diuos præfecim<sup>9</sup>. Qui & ipsi diuersis nationib<sup>9</sup> diuersi  
 sūt, vt id apud Gallos valeat Paulus, qd' apud n̄ates Hieron,  
 neq; passim id valet Iacobus, aut Iohannes quod illo atq; illo  
 loco. Quæ qdē pietas nisi a respectu cōmodorū atq; incōmo  
 dorū corporaliū ad Christum referatur, adeo Christiana nō  
 est, vt non ita multū absit a superstitione eorum, qui quondā

Opera singula  
 qualr ad Chri  
 stum referēda,



Herculi decime quare vōte sint  
Aesculapio gallus  
Neptuno thaurus.

Oratio quorū  
dam cur nō au  
ditur.

Cōtra stationa  
rios & Monachos  
mēdicātes.

Quid orandū  
sit.

Herculi decimā honorū partem vōtebant, vt dītescerent, aut  
Aesculapio gallū, vt a morbo reualescerēt, aut qui Neptuno  
thaurū cedebant, vt foeliciter nauigarēt. Nomina quidē cōmu  
tata sunt, sed finis vtriusq; cōmunis. Oras deū, ne tibi mors acci  
dat prēmatura, & nō oras potius vt tibi mentē meliorē lar  
giat, vt quocūq; loco te mors opprēsserit, nō offendat impa  
ratū. Tu nō cogitas de mutāda vita, & deū rogas ne moriaris

Quid igit oras? Nimirū, vt q̄ diuissime pecces. Oras diuis  
tias, & nescis vt diuitijs. Nōne tuā ipsius p̄ncipem oras? Oras  
bonā valitudinē & abuteris sanitate, nōne pietas tua ip̄ia est?

Reclamabitur hoc loco p̄tinus, a quibusdam religiosulis, qui  
questum existimāt pietatē, & vt idem ait, p̄dulces quasdā be  
nedictiones seducūt corda innocentū, ventri suo seruientes/  
nō Iesu Christo. Ergo ne inquiet tu vetas cultū sanctorū, in  
quibus deus honorat. Ego v̄o non tam damno eos, qui hac  
simplici quadā sup̄stitione faciūt, q̄ qui emolumentū suū se  
quunt, ea quae tolerabiliora fortasse sunt, p̄ summa & absoluta  
pietate efferūt, & suo cōmodo fouēt imperitiā plebis, quā ne  
ego quidē omnino cōtemno, verū nō ferā, vt media p̄ sumis,  
minima p̄ maximis habeāt. Laudabo, qd' a Rocho suo petāt  
incolumē vitā si eam vitā cōsecrāt Christo. Magis aut lauda  
bo, si nihil aliud orent, q̄ vt cū odio viciorū augeat amor vir  
tutū. De moriēdo ac viuēdo deo in manū dent, dicantq; cum

Paulo. Siue viuimus siue morimur dño viuim⁹ ac morimur  
Perfectū erit, si dissolui cupiāt, & esse cū Christo, si in morbis  
damnis reliquisq; fortunae incōmodis gloriā & gaudiū suū cō  
stituant, qd' digni habeant qui vel hoc mō capiti suo p̄formen

Ergo nō tam reprehēdendū istiusmodi facere, q̄ perniciosum  
in eis cōsistere, atq; inniti. Tolero infirmitatē, sed cū Paulo viā  
demōstro excellentiorē. Ad hāc regulā/si studia & actus oēs  
tuos excusseris, neq; vsq; cōsiteris in medijs, donec pueneris  
vsq; ad Christum, neq; aberrabis vnq; a via, neq; rem vllam  
in vita, aut facies, aut patieris, quae tibi non vertatur in materiā  
pietatis.

¶ Canon Quintus.

Ad Ro  
ma. 14.  
Philip. 1